



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Alimenta Pietatis Erga S. Iosephvm Iesu Christi Nvtritivm Post Iesvm Et Mariam Divorvm Amabilissimvm

Barry, Paul de

Monachii, 1650

Officivm Parvum De S. Iosepho.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46266)

OFFICIUM PAR-
VUM DE S. IOSEPHO.

Ad Matutinum.

JESVS, MARIA
JOSEPH.

DOMINE labia mea aperies, &c.
R. Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

Ps. Deus in adiutorium meum intende;
R. Domine ad adiuuandū me festina,
Ps. Gloria Patri, &c. Alleluia.

A Septuagesimā usque ad Pascha locos.
Alleluia, dicitur, Laus tibi Domine Rex
æternæ gloriæ.

Hymnus.

IOSEPH crescens filius, aspectu decorus,
Testamenti veteris figuris signatus,
Inter viros Israël multum Deo gratus,
Æternorum collium pastor est egressus.

AD LAVDÉS.

JESVS, MARIA, JOSEPH,

DEVS in adiutorium meum inten-
de, &c. *vi supra.*

H.

Hymnus.

NAtalès Dauidicâ radice sortitus,
 Iesu Christi Domini Pater nuncupatus;
 Dei Matri MARIÆ sanctè desponsatus,
 Matris atque Filij custos caelo datus.

Antiphona. Salve Patriarcharum
 decus, cui DEVS omnipotens benedi-
 ctionibus cæli desuper benedixit.

ψ. Factus es similis in gloriâ Sanctorum,
 ϛ. Et glorificatus in conspectu Regum.

O R E M V S.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi,
 quæsumus Domine, meritis adiuue-
 mur; vt, quod possibilitas nostra non
 obtinet, eius nobis intercessione done-
 tur: qui viuis & regnas cum Deo Pa-
 tre in vnitatis Spiritûs Sancti Deus, per
 omnia sæcula sæculorum, Amen.

A D P R I M A M.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEVS in adiutorium meum inten-
 de, &c. vt supra.

Hymnus.

Cum Mariam gravidâ stupens inueniret;
 Nutabat, an deinceps illam custodiret;
 Sed

Sed caelestis Nuntius in somnis apparet,
Monens, vt interritus Sponsam retineret.

Antiphona. Salue sapientissime Oeconomy,
qui vitalis panis, vineaeque florentis
fidelis custos extitisti.

℣. Posuit te Deus dominum domus suae,
℞. Et principem omnis possessionis suae.

Oratio, vt supra.

AD TERTIAM,

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEVS in adiutorium meum intende,
&c. *vt supra.*

Hymnus.

Maturavit Bethleem, censum soluturus,
Cum praequantis uterus esset pariturus
Immortalem puerum, quem mox oraturus
Esset linguâ, & proprijs vlnis amplexurus.

Antiphona. Salue Dux domus Israël,
qui magni consilij adiutor, Dei Matris
solatium, Christi que nutritius esse
meruisti.

℣. Cibasti Christum ex adipe frumenti,
℞. Qui de petra mellis saturavit te.

Oratio, vt supra.

AD

AD SEXTAM.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

DEVS in adiutorium meum inten-
de, &c. *ut supra.*

Hymnus.

Felix, qui mirabiles splendores astrorum,
Vidit, & percipiens melos Angelorum,
Acceptavit munera votiva pastorum,
Et dona Christo data de manu Magorum.

Antiphona. Salve Cælestium myste-
riorum particeps, qui ad concentus
Angelorum hominumque fidem ex-
ultasti.

V. Erudies nos sicut te metipsum.

R. Et senes nostros prudentiam docebis.

Oratio, ut supra.

AD NONAM.

JESVS, MARIA, IOSEPH.

DEVS in adiutorium meum inten-
de, &c. *ut supra.*

Hymnus.

Herodes impius cum lactentes necat,
Nostre de celo Deus Gabrielem legat,
Imperans, ut ocys IOSEPH strato surgat,
Et conjugem cum Filio in Ægyptum ducat.

Q

Anno.

Antiphona. Salve viatorum prudentissime, qui crudelitati Herodis auctorem vitæ migrans in Ægyptum subtraxisti.

℣. Ioseph deduxit Agnum Dei per desertum,
℞. Qui dūcebat velut ouem IOSEPH.

Oratio, ut supra.

AD VESPERAS.

JESVS, MARIA, IOSEPH.

DEVs in adiutorium meum intende, &c. *ut supra.*

Hymnus.

DEfuncto, qui Puerum morti destinabat,
Ad Ioseph Archangelus legatus reuelat.
Tandem duræ sinibus Ægypti recedat,
In iudæam protinus redux ire pergat.
Cū Iesus adhuc infans, bis sex annos natus,
Se subtraxit oculis, factus causa fletus;
Tunc datus parentibus in ætatis labor tantus,
Donec in templo docens puer est repertus.

Antiphona. Salve Patrum vigilantissime, qui Filium Virginis amissum,
& in templo docentem sumā diligentiam quæsiisti.

℣. Audiisti Christum in Ephrata,
℞. Inuenisti eum in campis siluæ.

Oratio, ut supra.

AD

AD COMPLETORIVM.

JESVS, MARIA, IOSEPH.

COnuerte nos Deus salutaris noster,
 R. Et auerte iram tuam à nobis.

DEVS in adiutorium meum inten-
 de, &c. ut suprà.

Hymnus.

TAndem vitæ terminum cùm IOSEPH
 compleuit,

IESVS Patris spiritum Patri commendauit,
 Sacrà corpus contegi tellure mandauit,
 Vnde viuum moriens credo quòd leuauit.

Antiph. Salue virorum fortunatis-
 sime, cuius morientis animam in feli-
 citatis domiciliū Christus collocauit.

V. Te IESVS in laboribus honestauit,
 R. Et labores tuos feliciter compleuit.

Oratio, ut suprà.

COMMENDATIO.

SAncte IOSEPH! humilis cohors alumnorū
 Has Horas tibi dicit, Patrone piorum;
 Vt coetum, quem protegis, tibi deuotorum
 In celsam tecum ducas sedem Beatorum.

Amen.

• • • O 2 LITA-